



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

13. An si quis sicut Romæ aliquam legem promulgatam, teneatur illam  
obseruare? Et notatur, quod S.D.N. Vrbanus VIII. in Bulla incipiens  
Romanus Pontifex, die 5. Iunij 1641, damnat omnia præiudicialia ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

# De Legibus. Resol. XIII.

non incipiunt obligare, nisi post certum tempus facta promulgatione.

2. Hæc sententia est probabilis, sed etiam probabiliter contraria existimo, quæ asserit, leges Pontificias, in quibus non apponitur certum tempus obligationis, non obligare, nisi post duos menses à promulgatione facta: & ita docet Martinus Becanus in *summ. Theol. part. 2. ro. 3. c. 6. concl. 2. n. 3.* qui citat Syluestrum, Pannormitanum, & Ioannem Andream, Idem docet Valentia *ro. 2. disp. 7. q. 5. punct. 5.* Nauarrus in *Man. c. 23. n. 24.* Emmanuel. *S. verb. Lex, n. 8.* Miranda in *Man. Pralar. ro. 2. q. 25. art. 4. concl. 5.* Reginaldus *ro. 1. lib. 13. c. 16. n. 152.* Tabiena *verbo Lex, n. 52.* & verbo *Constitutio, n. 1.* cum multis aliis: & hanc opinionem in foro conscientie tutam esse, & seruari posse, affirmat etiam Azorius *part. 1. lib. 5. c. 3. q. 8. in fin.* Et ratio est: quia, vt leges non dedignantur sacros Canones imitari; ita sacrorum Canonum statuta Principum Constitutionibus adiuantur, ex *c. 1. de noui oper. nunciis.* cum que illud iuri ciuili sit consentaneum, nec in iure canonico cautum sit contrarium, ipsum sanè seruati potest, præsertim cum Papa, dum intendit statim obligare, soleat in sua Constitutione id exprimere, vt videre est in *c. cum singula. de præbend. in 6. & Clem. 2. de hæret. Sed, vt diximus, ex Aurb. Vt facta noua. Constit. apparet, leges non obligare, nisi post duos menses à facta promulgatione. Ergo, & c. Secundo, dictum tempus duorum mensium, non solum apponitur, vt ignorantes non ligentur; sed etiam, vt lex incipiat obligare, & ita tollatur omnis confusio, rixa, & imparitas subditorum: vnde ex his inferunt supradicti Doctores, quod si aliquis sciret, promulgatam esse legem; tamen non teneretur illam seruare ante duos menses elapsos; quia alioquin, vt bene notat Becanus, Valentia, & alij, magna sequeretur in Republica perturbatio: nam, qui scirent legem promulgatam, tenerentur eam seruare in vtroque foro; alij in neutro tenerentur. Dicendum est igitur, leges Pontificias, & Principum secularium non obligare; nisi post tempus duorum mensium à promulgatione facta.*

3. Nec valet dicere, quod stylus Curie Romanæ est in contrarium, & quod ibi à Iudicibus passim puniuntur transgressores legum, etiam ante elapsum tempus duorum mensium: nam respondeo cum Salas, Becano, Miranda, & aliis, quod stylus Curie, & Iudices ided hoc faciunt, quia fundantur, & sequuntur opinionem priorem; subditos verò posse tuta conscientia sequi oppositam, quia probabilis est: sed caueant penas à Iudicibus infligendas. Igitur, ait Nauarrus, stylus Curie procedit in foro externo, & non in foro interiori. Notandum est verò cum Soto *lib. 2. de iust. q. 1. art. 4.* Reginaldo, Valentia, & aliis, doctrinam supra dictam admittendam esse in legibus Principum supremorum; secus autem, si lex feratur ab aliquo Magistratu, qui habet in sua gubernatione Superiorem, vt Episcopus: nam tunc statim ex ipso tempore promulgationis obligat. Et ita etiam docet Suarez *de legibus, lib. 3. c. 18. n. 9. & lib. 4. c. 15. n. 15.*

## RESOL. XIII.

*Pro dilectis. hinc cit. in Resol. XIII. in aliis citantur.*  
*Ansi quis sciat Roma aliquam legem promulgatam, teneatur illam obseruare?*  
*Et notatur, quod S. D. N. Urbanus VIII. in Bulla incipiens Romanus Pontifex, die, 5. Junij 1641. damnat omnia præiudicialia contra immunitatem Ecclesiasticam, etiam sub prætextu, quod Bulla Pontificia non fuerint publica, vel vsu recepta?*  
*Et an leges Pontificie obligent, etiam si non publicentur in suis iuris Diocessibus? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Resol. 39.*

5. **D**eciso huius dubij pendet ex illa questione, An leges Pontificie obligent, etiam si non publicentur in singulis Diocessibus, & negatiuam sententiam docent plures, quos citauit in *part. 1. rr. 10. res. 8. part. 5. rr. 14. res. 25.* Et hanc etiam nouissime probabile putat Syluius in *part. 2. D. Th. q. 96. art. 4. Quæritur 11. concl. 3. in principio.* Et ided ad casum propositum in titulo hæc resolutio secundum hanc sententiam affirmatiue respondendum videtur, vnde Ioannes Præpositus in *p. 2. q. 95. disp. 1. dub. 7.* ex probabilitate talis sententie obseruat plurima in praxi posse deduci.

2. Primò, & est responsio ad casum, aliquem non obligari seruare legem, quam scit Romæ promulgatam, si non sit promulgata in Prouincia vbi commoratur, & specialis clausula in lege non apponatur. Secundo, penam legis non incurri ab eo, qui in huiusmodi loco fecerit materialiter contra legem, verbi gratia, non incurrit excommunicationem, suspensionem, priuationem beneficij Tertio, non incurri in conscientia inhabilitatem, ad officia beneficia, neque incurri irregularitatem. Quarto, contractum non futurum inualidum & irritum. Quòd quod aliquis non teneatur in conscientia abstinere à tali contractu, qui per legem irritatur. Hinc si quis talem contractum inierit, non tenetur eum rescindere, quòd maxime locum habet, quando ex dissolutione alicuius contractus magna scandala, & Reipublicæ perturbatio sequitur, qualia sequi solent ex dissolutione matrimonij. Quintò, legem reuocatoriã priuilegij non habere vim antequam in Prouincia publicetur; vt si Sacerdotes alicuius Prouinciæ habeant priuilegium absoluendi à referuatis; aut aliqui habeant priuilegium eligendi Confessarij; talia priuilegia non sufficienter reuocari per legem Romæ latam, nisi in Diocesi promulgetur. Sextò, legem quæ reuocat aliam irritatoriã, non obtinere vim in aliqua Prouincia, si in ea nõ fuerit promulgata, verbi gratia, olim lex irritabat matrimonij contractum cum affini in tertio gradu ex copula illicita; quod impedimentum sublaturum est per Tridentinum *sess. 24. c. 4. de reformat. matrim.* vbi lex Tridentini non est promulgata, adhuc perdurare hoc impedimentum dirimens, etsi matrimonium initum cum tali affini in tertio gradu dissolueretur, & partes aliis coniungerentur, postetius matrimonium esse dissoluendum. Secundo patet, quid dicendum de Regulis Cancellariæ, quòd videlicet sit probabile eas saltem extra Italianam non habere vim legis, quia alibi nõ sunt promulgatæ. Quòd si Romæ iuxta illas etiam in causis externorum iudicetur, id fit, quia iudices in praxi aliam sententiam sequuntur in foro externo: quo non obstante potest aliquis in foro conscientie sese alteri sententia conformare. Octauò patet, quid dicendum de legibus multis Papalibus, quæ ita emanant, vt tamen non promulgantur in prouinciis, quòd scilicet sit verisimile non obligare eos, apud quos non sunt promulgatæ, neque quoad culpam, neq; quoad penam. Et ided conformiter ad dicta graues aliquot Theologi, è quorum numero fuit Lessius in consultatione Romæ habita censuerunt disparitatē cultus apud Chineses & Iaponios his initiis conuersionis non esse impedimentum dirimens, & his circumstantiis posse Episcopos ibi suspendere legis promulgationem. Hucusque Ioan. Præpositus, qui, vt dixi, ex probabilitate, vt ipse asserit, sententia asserentis leges Pontificias nõ obligare, nisi publicentur in singulis Diocessibus, deduxit supradicta omnia, licet ipse ibi contraria opinionem teneat; quæ ego absolute tenendam esse existimo, & ided hinc non grauabor latius illam rationibus firmissimis firmare.

3. Dico igitur leges Pontificias, ex ipso quòd Romæ publicantur, vbi que obligant; nec alia in Prouinciis egent publicatione. Primò quia nec naturali, nec positivo iure alia promulgatio requiritur: non naturali, quia

Hæc dicitur Recitari hoc text. hic sunt s. p. Ref. & 11. & in lege Ref. in fin. & Refol. 1. seq. re. ue in f. & in r. 1. ad l. 5. N. stat. tom. Ref.

DOE  
to  
VI  
III

RESOL. XIV.

An Episcopi teneantur in suis Diocesis leges Pontificias publicari, & observari facere? Et si autem Ordinarii non curent de hoc, an nihilominus unusquisque obligetur ad leges Pontificias observandas: modo maior pars populi illius Provinciae illas sciat, & recipiat, alias non obligare, nisi a populo acceptentur, & Roma publicatas non ubique obligare. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 127.

quia lex ex natura sua non requirit promulgationem in singulis Provinciis: non positivo, quia nullum est ius nec diuinum nec humanum, quod in legibus Pontificiis aliam promulgationem requirit; cum Nouella 66. Iustiniani pro Imperialibus legibus posita sit, non pro Pontificiis. Et quamuis Pontifices haecenus voluerint, vt ius Imperatorum locum habeat in iudiciis caularum, vbi nihil de iure Canonico statutum est: tamen circa modum promulgandi suas leges, nihil tale statuerunt.

4. Secundò probatur, quia Pius II. Constitutionem, quam contra Clericos male promotos anno 1461. edidit, vult ubique obligare post publicationem Romae factam; sicut & Sixtus V. eam quam anno 1588. contra eisdem fecit, & Clemens VIII. aliam contra eos, qui ad Presbyteratus ordinem non promoti Missam celebrant, vel Sacramentum Poenitentiae ministrant anno 1601. editam. Imò Pius IV. in Bulla sicut ad Sacerdotes 1564. cum dubitaretur, ex quo tempore cepissent Decreta Concilij Tridentini ad reformationem, & ius positivum dumtaxat spectantia obligare, resoluit quòd à Calendis Maij: cum autem illa Decreta demùm fuissent confirmata sub finem mensis Ianuarij eiusdem anni, & non parum temporis in eis Romae diligenter, emendatèque imprimendis necessario consumptum fuisset, vbi dicitur: clarum est, quòd non poterant in singulis Diocesis promulgari; vnde nec Pontifex talis promulgationis meminuit: sentiebat ergo promulgationem Romae factam sufficere. Accedit, quòd quando Pontifices nolunt leges suas ubique obligare, nisi in singulis Provinciis publicentur, solent id exprimere. Ergo quando non exprimunt, ubique obligant ante particulares promulgationes.

5. Tertio, Ecclesia est vnum corpus politicum, cuius caput censetur sufficienter illud dirigere, dum solemniter Romae suum declarat imperium; praesertim cum Sedes Pontificia Romae sit fixa, & Pontifex non soleat vagari per Prouincias, vt solent Principes seculares. Adde quòd multae Decretales Pontificiae obligent, quae nunquam in variis Prouinciis sunt promulgatae, vt sextus Decretalium: item Clementinae, & varia Pontificum Decreta, quae ipso vsu censentur obligare, quauis non cõstet ea alibi esse promulgata. Ergo, &c.

6. Nec valet dicere, quòd Pontifices interdum apponunt in Bullis, vt publicatae Romae omnes adstringant & obligent: ergo signum est alios non obligare, nisi promulgentur in Prouinciis. Respondet etiam interdum solere poni, vt obligent, postquam promulgatae fuerint in Prouinciis: vnde ex altero modo non licet potius contra nos excludere, quam ex illo contra alios.

7. Nec etiam obstat, quòd ex nostra sententia grauiissima sequantur incommoda: quòd videlicet lex Romae promulgata, & ibidem vim suam obtinens obligaret totam Ecclesiam, etiam partes remotissimas: ubique vt talis contractus, testamenta, electiones essent inualida, si lex huiusmodi esset irritans, eique repugnarent, quòd cederet in grave multorum detrimentum, & perturbationem Reipublicae Christianae. Non, inquam, haec obstant: nam respondeo pertinere ad prudentiam Pontificis iuxta qualitatem & momentum legis; ex qua magna alioquin incommoda sequi possent, curare vt leges non obligent, antequam in Prouinciis promulgentur, prout sapientissime à Concilio Tridentino, sess. 24. c. 1. de reform. matr. statutum est.

8. Notandum est tamen quòd post haec scripta Sanctissimus D. N. Urbanus VIII. in Bulla incipiens Romanus Pontifex die 3. Iunij 1641. damnat omnia praedicta contra immunitatem Ecclesiasticam, etiam sub praetextu, quòd Bullae Pontificiae non fuerint publicatae, vel vsu receptae.

Hic casus frequenter accidit, & ad illum respondet Ioannes Vvigers in 2. 2. D. Thoma q. 96. art. 4. dub. 5. n. 93. vbi sic ait. Petes vtrum Ordinarij locorum obligentur in suis districtibus curare leges Pontificias publicari, quas intellexerint Romae editas, & publicatas: Respondetur, quando Pontifex exprimit, vel indicat se velle legem obtinere effectum, & obligare ubique, & si alibi alia publicatio non accesserit, tenentur tunc Ordinarij curare vt in suis locis lex obseruetur, & proinde si ad hoc iudicent esse necessarium (provt moraliter est necessarium), quòd lex ibi publicetur, tenebuntur curare publicari, aut facere sufficienter innouescere: et si verò Ordinarij non curent, non tamen ab obseruatione erunt excusati subditi, saltem quando ad notitiam plurimorum illius Prouinciae quomodolibet peruenierit: quando autem Pontifex neque significat, neque negat opus esse alia publicatione, & non dirigit mandatum suum de eiusmodi legis obseruatione in partes Prouinciarum, aut ad Ordinarios locorum, probabiliter non peccabunt tunc Ordinarij non procurantes eius obseruantiam in Diocesis. Adde praesertim quando putant pro tempore & loco non obuenturum inde aliquem notabilem fructum, possumus enim interpretari eo casu mentem Pontificis, quòd legem quam ex vniuersali ratione nouit certis in locis necessariam, aut vtilem Ecclesiae vniuersali, sic praescribat, vt vbiuicque pro tempore & loco fuerit iudicata, similiter fructuosa procuraretur ab Ordinariis publicari & obseruari, ita vt quando hi iudicauerint, iussu auctoritate Apostolica, possint talis legis obseruantiam à fidelibus subditis exigere. Imò non tantum possunt, sed etiam teneantur curare eius obseruationem, quamuis speciale mandatum de eo à sancta Sede Apostolica non acciperint, quia de hoc non videtur posse dubitari, quin mens Pontificis generaliter legem praescribens sit, quòd vbiuicque vbi cum vtilitate & fructu id fieri potest, curetur obseruari, & proinde ad hoc praestandum obligentur, quibus id ex officio incumbit, vt sunt Episcopi, quos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei. Haec omnia Vvigers, & ante illum Malderus etiam in 1. 2. Diui Thoma, quest. 90. art. 4. dub. 3. §. haec sententia, vbi sic asserit, quando Papa iudicat non opus esse alia promulgatione praeter Romanam, tenentur Ordinarij Prouinciarum curare vt seruetur lex Pontificia, si autem Ordinarij non curent, nihilominus vnusquisque obligabitur ad eam obseruandam, modo maior pars populi illius Prouinciae illam sciat, & recipiat, alias non tenetur: quando autem Papa neque indicat, neque negat opus esse alia promulgatione, & non dirigit mandatum suum de eiusmodi legis obseruatione in partes Prouinciarum, aut ad Ordinarios locorum, probabile est non peccare Ordinarios eius obseruantiam non procurantes in sibi subiectis, multò minus ipsos subditos legem eiusmodi non seruantes. Ita Malderus. Sed à supradictis Doctoribus, dū asserunt legem Pontificiam non obligare, nisi à populo acceptetur, & Romae publicatam non ubique obligare, multi DD. dissentiunt: & nouissimè Castrus Palauis 10. 1. 173. disp. 1. p. 12. n. 2. & p. 12. n. 3. Tassanus in pragm. de Amisato vers. 13. obseru. 2. i. dicta Ref.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 1. Ref. 116. §. Sed quia, & §. Igitur, & in aliis eius not. & in tr. 2. Ref. 117. §. 10. post n. 1. Quibus omnibus.

Sup. hoc in duab. Refol. seqq. & in tom. 9. tr. 2. Ref. 45. §. vii.

Sup. hoc p. 1. medium. §. Sed. Ref. 117. & lege etiã Ref. & §. not. 2. i. dicta Ref.